

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1584

Autre(s) référence(s) : Fauroux 140 / Round 575

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Lisieux, Saint-Désir (abbaye, abbé)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1049-1058]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard, à la requête d'Hugues, évêque de Lisieux et de sa mère Leceline, concède Saint-Désir, dans le faubourg de Lisieux, pour y construire un monastère en l'honneur de Notre-Dame et de Saint-Désir.

Il ratifie en outre toutes les donations de ces deux fidèles au monastère ; dans le pagus de Rouen au-delà de la Seine, Saint-Aubin et ses dépendances, avec toutes les coutumes et les forfaits (*foris factis*) ; la terre de Fontaines, près de Saint-Aubin, avec l'église, et le service des chevaliers ; la Neuville, dépendance de Hauville ; la moitié de Bretteville [sur-Bordel] près de Cheux, avec l'église ; le bourg, le marché, l'église de Saultchevreuil auquel le duc annexe diverses parcelles et revenus ; à Assemont la forêt que la comtesse Leceline reçut en échange d'une terre près du château d'Augia ; diverses terres dans la région de la Touque ; l'église de Jort avec six champs ; à Varreville, sur la rive de Saint-Marcouf, deux hôtes, deux champs et une maison ; la terre de Golbertus et de Hugues Altarum Riparum.

Le duc place ce monastère dans la dépendance de l'évêque de Lisieux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, instr. n° XI, p. 203.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°140, p. 316-318.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 575, p. 201.

Dissertation critique

La rédaction de cet acte se situe entre le début de l'épiscopat d'Hugues, évêque de Lisieux, et la mort de sa mère Meceline en 1058 (voir FAUROUX, p. 317).

Texte établi d'après b

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Willelmus, superna disponente clementia, Normannorum princeps gloriosus. Si erga domos Dei et divinos cultus, opera pietatis aut per nos ipsos, aut per fideles nostros, eorum

videlicet annuendo petitionibus in his quæ ad Deum sunt, bonorum incitati studiis ostendimus, non solum id ad presentem principatus nostri statum confirmandum, verum etiam ad æternitatis gloriam feliciter optinendam, nobis multum prodesse credimus. Quapropter, universis æcclesiæ fidelibus presentibus scilicet pateat ac futuris, qualiter ad piæ petitionis affectum quorundam fidelium nostrorum Hugonis videlicet Lexoviensis episcopi et matris ejus Liecelinæ, locum qui dicitur ad Sanctum Desiderium in suburbio Lexovii positum, ad cænobium in honore Sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ et Sancti Desiderii construendum in perpetuum concedimus : sed et cuncta quæ prefati fideles in usum sanctimonialium inibi Deo famulantium, ad eundem locum stipendiaria deputaverant, id est in pago Rotomagensi trans Sequanam Sanctum Albinum cum omnibus appenditiis suis, scilicet æcclesiis, agris, campis, terris cultis et incultis, novalibus vel silvis ad novalia extirpandis., pratis, silvis, forestis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, molendinorumque locis quæsitis et inquirendis et omnibus consuetudinibus et foris factis ; terram de Fontaines, quæ sita est juxta Sanctum Albinum et æcclesiam, aquam cum molendino et servitium militum ; Novam villam, membrum de Hals villa quod dedit Gislebertus pro sua filia, medietatem etiam de Bretta villa, quæ sita est juxta Ceus, et æcclesiam cum molendino ; dominium cum militibus quod dedit Olilia, annuentibus filiis, pro filia sua ; terram quoque de Salt Chevrol, burgum et forum, æcclesiam cum decimis, molendinum quoque cum silva ; concedimus etiam parrochiam eidem æcclesie, a divisione fluminis usque ad fines leugæ ; præter decimas frugum, terram quoque duorum aratorum in dominio, burgum etiam totum a divisione pontis et omnes redditiones ex eo exeuntes : septem vineæ et unam silvulam, decimas etiam omnium molendinorum totius leugæ, vineam quoque veterem, cum superadjacente sibi silva. In Acimont silvam, quam Lecelina comitissa accepit in concambium pro terra juxta Augiam castellum posita, terram Roberti Coci, terram similiter Herberti Barbati ; terram etiam Rogerii forestarii in centum agris, quam emit Lecelina comitissa trans Tolcam fluvium ; in ipso suburbio pomarium unum et domos duas, et in pratis, duos agros quæ similiter emit Lecelina comitissa ; æcclesiam de Jort cum sex agris, quam dedit Robertus filius Nielli pro sorore sua, annuentibus fratribus suis ; item, duos hospites in Varetvilla, in ripartorium Sancti Marculfi, quos tenet Rotbertus, duosque agros patri a Radulfo Postlart emptos ad mansionem Azelini ; terram quam tenuit Golbertus fraterque Hugo Altarum Riparum, quam modo possidet Azelina, annuente Roberto ejus filio, et alia quæ, nostri temporis decursu, a fidelibus conferentur manu valida et edictis principalibus san[cim]us, ne quis deinceps, temerario ausu, horum aliquid contingere et in proprios usus devorare aut aliorum extra prefatæ domum æcclesiæ retorquere presumat ; in subjectione autem prefatæ civitatis episcopi, et ordinationem et donationem monasterii constituimus. Sed, ut hæc firmiorem, in Dei nomine, optineant stabilitatem, nostræ auctoritatis privilegio firmamus, et signo sanctæ crucis roboramus. S. Willelmi comitis +. S. Hugonis + episcopi. S. Rogerii de Monte Gumeri vicecomitis +. S. Willelmi filii Osberni +. S. Roberti fratris comitis +. S. Radulfi Taxonis +. S. Erneisi +. S. Richardi vicecomitis +. S. Tuoldi +. S. Hugonis +. S. Radulfi +. S. Viviani +.